



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCXXXVI. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg  
Vollmacht, für seinen Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg,  
eine Braut zu werben, die Ehepacten abzuschließen u. s. w., am 25. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

Brief versigelt mit vnsern Insigel. Datum in Werdea, Feria quinta ante diem Nycolai, Anno domini Millefimo trecentesimo XXVI°. regni vero nostri anno tercio decimo.

Nach Schultes a. a. D. und Desel, Script. rer. Boic. II, 151. 152.

DCXXXV. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg Vollmacht, die versprochenen Heirathsgelder für den Markgrafen von Brandenburg vom Könige Christoph von Dänemark mit 12000 Mark Silber zu erheben, den 25. Februar 1327.

Nos Ludowicus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, notum facimus per presentes, hiis maxime, quorum interest vel poterit interesse, quod nos de persona spectabilis viri, Bertholdi, comitis de Hennenberg, secretarii nostri dilecti, et eius sinceritate et fide plene confisi, ipsum nostrum procuratorem, ambassiatorem et nuncium fecimus et facimus in hiis scriptis, dantes et concedentes eidem pro nobis et illustri Ludowico, marchione Brandenburgensi, primogenito et principe nostro karissimo, cuius curam gerimus et tutelam, liberam potestatem et mandatum speciale, a magnifico Christoforo, Danorum et Sclauorum rege, fratre nostro, summam duodecim milium marcarum argenti puri et plini, Magdeburgensis ponderis et vallis, promissam, constitutam, pactam et stipulatam per eum nostro filio antedicto in dotem et pro dote inclite Margarete, filie sue, sibi desponsatam et traditam in vxorem, exigendi, petendi, requirendi et recipiendi, in toto et in parte, simul et successiue, sicut oblata sibi fuerit et placuerit recipere, necnon eandem summam pecunie receptam tenere, erogare et distribuere, secundum diuisionem et partitionem, dudum per nos pro singulis ordinatam, et super huiusmodi pecunie quantitate recepta et distributa dictum regem pro nobis ac ipso filio nostro quittandi, quitum et solutum reddendi et clamandi, cartas et instrumenta super eo conficiendi et tradendi, cauciones dandi, et quelibet alia faciendi, quorum in premissis vel circa premissa uel quodlibet premissorum opus fuerit, eciam si mandatum exegerint speciale, ratum et gratum habituri, quicquid prefatus comes, procuratorio nomine nostri et prefati marchionis in omnibus et singulis antedictis quomodolibet procurandum duxerit vel agendum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo regie maiestatis iussimus communiri. Datum apud Tridentum, V°. kalendas marcii, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

Original im Archive zu Weiningen.

DCXXXVI. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg Vollmacht, für seinen Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, eine Braut zu werben, die Ehepacten abzuschließen u. s. w., am 25. Februar 1327.

Nos Ludowicus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos de fide et circumspeccione spectabilis viri,

Bertholdi comitis de Hennenberch, secretarii nostri dilecti, plene confisi et experti, eundem nostrum fecimus et facimus in hiis scriptis procuratorem legitimum et nuncium specialem, dantes et concedentes eidem plenariam potestatem et mandatum speciale, illustri Ludouico marchioni Brandenburgensi, primogenito et principi nostro karissimo, cuius curam gerimus et tutelam, in sponsam et vxorem ducendi quaecumque secundum condicionem et genus suum sibi viderit et crediderit expedire, et sponsalia eciam de presenti hinc inde firmandi iuramentis et caucionibus quibuscumque, et omni modo, sicut fuerit oportunum, dotem et danationem propter nuptias alterutrim promittendi, constituendi et paciscendi, et quelibet alia faciendi, quorum in premissis vel circa premissa quomodolibet opus fuerit, eciam si mandatum exegerint speciale, ratum et gratum habituri, quicquid idem procurator noster in premissis vel circa premissa et ea contingencia et quodlibet eorundem procurandum duxerit et agendum, promittentes bona fide, quod ratificabimus, laudabimus et confirmabimus scriptis nostris et modis aliis oportunitis ex postfacto totum, quod idem comes egerit et procuraverit in omnibus et singulis antedictis, statim postquam in nostram noticiam sunt deducta. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo regie maiestatis iussimus communiri. Datum Tridenti. V<sup>o</sup>. kalendas marcii, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

Original im Archive zu Meiningen.

DCXXXVII. König Ludwig beauftraget dem Grafen Berthold von Henneberg überlassen zu haben, die Pflege seines Sohnes des Markgrafen mit der gesammten Verwaltung der Mark nach dem Rathe des Grafen Günther von Lindow, Heinrich Vogtes von Plaue genannt Nütze, Seger Probstes zu Stendal und Greiffo's und Hasso's von Wedel, einem oder mehreren Andern zu übertragen, den 15. März 1327.

Nos Ludovicus, dei gratia Romanorum rex, semper augustus, publice confitemur, quod, quia plene confisi sumus de fide et industria spectabilis et sapientis viri, Bertoldi, comitis de Hennenberg, collateralis nostri et secretarii predilecti, eidem commisimus et iniunximus, vt ad consilium et de consilio nobilium et prudentum virorum, Guntheri, comitis de Lyndowe, Henrici aduocati de Plawen dicti Ruezze, Segeri prepositi in Stendal, Grifkonis et Hassonis de Wedel, fidelium nostrorum dilectorum, de quorum fide et industria certam similiter fiduciam obtinemus, curam filii nostri karissimi, illustris Ludowici, marchionis Brandenburgensis, et tocius marchie cum plena amministrazione, gubernacione, disposicione et regimine generali, nostri nomine et vice, personis vni vel pluribus coniunctim vel diuisim, debeat commendare, quas secundum suam conscienciam et discretionis arbitrium ad huiusmodi curam et ministerium conspexerit apciores. Cumque sepe, que bono inchoata sunt principio successu temporis tendant et vergant in noxam, nos dicimus et spondemus, quod predicto comiti in culpam nolumus impingere vel obiectum, si forte ex huiusmodi commissione, quam bona fide faciet, omni pro-